

Fr. 1 Col. II.

(Υψ.) [.] . . οσοι (στρ. α')

[.] ος ιδέσθαι

[.] . . ρχον ὡς ἐνόπτρου

[. . λευκ]οφαῖ τιν' αὐγὰν

[.] αὐξήμα τὸ σὸν 5

[. .] μνήσωμαι, τέκνον, εὐ-
ωποῖς ἢ θεραπείαις.

ἰδοὺ κτύπος ὄδε κροτάλων

< >

2—4 πρ]οσιδέσθαι [φῶς / συντρέ]χον, ὡς ἐνόπτρου / [γλανκ]ο-
φαῖ e. g. Ar 3 ὑ]πάρχον Gr.-H. dubitanter ἡσ]υχον ὡς Mo cl.
Aesch. Suppl. 199 4 λευκ]οφαῖ Gr.-H. cl. I. A. 1054 5
[μέλεσιν] ante αὐξήμα He 5 sq. αἰώραις δ']αὐξήμα τὸ σὸν /
[προκ]ινήσω καί, τέκνον, Ar 6 [αὐ] μήσωμαι He ἐκπο]νήσω
καὶ Mo cl. I. A. 209. 7 εὐωποῖσιν θεραπείαις Ar 8 κροτά-

fr. 769 N.

Post carmen, quod Hypsipyla ad
aluminum suum cantat, incipit paro-
dus¹. Propter carmen illud Euripides
vehementer irrisus est ab Aristophane
irato quod crotalorum sonus in scena
tragica auditus erat (Ar. Ran. 1305—22).
Cf. fr. 769 κροταλισιάσης, quam formam
in textu fuisse Nauck iniuria ex Phot.
Lex. p. 180, 12 colligit. Fortasse cum
Wecklein putandum est apud Photium
(κροταλίζειν· οὐ διὰ τῶν χειρῶν κρο-
τεῖν, ἀλλὰ διὰ κροτάλου. τῆς κροταλι-
σάσης, ὡς Εὐριπίδην φησὶν ὁ κωμικὸς
περὶ τῆς Ὑψιπύλης λέγων) verba τῆς
κροταλισιάσης legenda esse post π. τ.
Υψ. λέγων et ad Εὐρ. φησὶν supple-
ndum κροταλίζειν.

1. De metro vid. Schröder Eurip.
Cantica p. 174 sqq. (cf. Berl. Ph. Woch.
29, 1909, p. 263 sq.) et Morel p. 32 sq.,
qui agit de stropharum et antistropa-
rum ordine insolito (vid. contra Weck-
lein in Phil. Woch. 41, 1921, p. 962),
quem nusquam inveniri nuper etiam
affirmavit v. Wilamowitz (Griech.
Verskunst 1921, p. 442 sq.).

Crepitaculo puerum delectare co-
natur, nihil igitur hoc commune habet
cum Hypsipylae origine a Baccho duc-
ta, ut E. Petersen scripsit (p. 586).

Post monodiam parvulum in lecto
vel cunis positum esse opinor. Nam
neque credibile est eum per longum
tempus in nutricis brachiis fuisse ne-
que potuit chorus rogare πότρεα δώ-
ματος εἰσόδους σάιρεις κτλ., si Hypsi-
pylam nutricis officio fungentem vide-
ret. Deinde hic fuit rerum ordo: appa-
ret cum armatis quibusdam Amphia-
raus, quocum satis diu collocuta aquam
monstratum it. Puerum quem relin-
quere veretur secum fert, sed ubi ad
fontem venit, deponit in herbis, id quod
fatalem illum eventum habuit.

Miratur chorus Hypsipylam stare
ante aedes eo tempore quo Adrastus
exercitum contra Thebas ducit per
prata Nemeaea. Sequitur descriptio
splendidi spectaculi quod praebet turba
versicolor.

Wilamowitz (Griech. Versk. p. 357)